Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIIII. praeterea ad eclipsim Solis anni sequẽtis uidelicet ...

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Cvpvt sextvm

urn:nbn:de:bsz:31-160364

Visual Library

AQVILA TRISTIS CVM MODIcis pennulis, & pullus cum ea.

CVPVT SEXTVM

VNde in libro multarum tribulationum dicitur, Moab & Amon duo filij Loth, qui nati ſunt de inceſtu, duas generationes denotant, leonem ſilueſtrem, & lilium occidentale, in agrum Virginis inſultandos temporibus quibus aquila cum pullo uolabit, & erit cõfœderatio magna in orientis parte contra Leoniſtas, & Baiorici mœre-

bunt. Vnde Franciſcus & Brigida canunt, Surget rex pudicus facie. multi dicunt hunc regem eſſe Fridericū tertiū, ego uolo ꝙ ſit maximilianus, quia ſub eo cōculcabitur eccleſia, clerusq́ turbabit̃ ubiq́. Iterum parati erunt quidā Baioricos contra eccl̃iam prouocare, qui magis de tyrannica humanitate confidunt, q̃ de dei potentia. Francus in uincendo Germanos cædet multos, demum Gallus ſuccumbet, & pudicus facie regnabit ubiq́. Nidulū matris Aquilæ intrans, ab oriente in occidentem monarchiam tenebit.

LVPVS APERTO ORE FVGANS AQVILAM, & pullus ſub arbore ſedens in terra triſtis.

VNde in reuelationibus fratris Reynhardi Lolhardi di
citur. Lupus, id eſt terra occidẽtalis Aquilam eijciet,
tunc pullus mœrebit, & ſui proprij pellem eius dilace
rabunt, ſedebitq́ꝫ nudus quærens adiutorium, parum
inueniens. Aquila à Virgine fugata liliũ excitabit, uolabit ad meri-
diẽ recuperando amiſſa. Veniet miles in pectore ſignatus, trucida-
bit Leonem. Luſtris duobus peractis, tunc exurget Aquila grandis
ſic lucentes caſtigabit, Aquicolæ mœrebunt. Quis poterit reſiſtere,
cum poteſtatem habebit ab excelſo? Tria regna cõportabit, væ væ
plebs clamabit, Ipſa eſt illa Aquila grandis, quæ dormiet annis ad-
huc quinqꝫ, refutata reſurget, cum lilio garrire incipiet, & contremi-
ſcere faciet, & alios mõtes ſuperbiſſimos. Expandet alas ſuas ad præ
dam, ungulas acuet in capturam, roſtrum aperiet ut deuoret, ciuita
tes & caſtra alarũ ſonitu perturbabit, & erit luctus magnus & acer-
bus, qualis non fuit à diebus antiquis & apertis. In Aquicolis
occidẽtalibus in terra Virginis lilia uniuerſa ſedabit,
nec ultra deiecta aut uilis poterit appellari, eo
ꝙ in circuitu eius uniuerſa lilia denuda
bit, quod ſol cum Leone mœ
rebit. Et gallo ui-
uente, alter gallus creabitur,
& fauebit Aquilæ.

MVLIER PEPLO PENDENTI SVPRA
terram, habens ſtellam in ſiniſtra, indicans
cum digito, dicens.